



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Nobilem matrona[m] Catholiicis restituit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

no ac Ferrariensi Ducibus; nuptum datae, audiebat confessiones, & animos integros, optimeque paratos ad pietatē instituebat. Earum etiam postulatu magna pompa, apparatuque, ipsismet ceteris Procerum magna corona spectantibus, ereptam Turcis virginem Valacham sacro fonte perfudit in Pentecoste, cum antea aptam tempori, ac caeremoniæ orationem habuisset.

*Sueuiam  
euangelizans  
perlustrat.*

Oeniponto dimissus vix Augustanis se ferendiderat, cum ad nouam expeditionem excitatus. Præfecto Sueuiæ Georgio Ilfungo euocatus multa perlustrauit ampla, ac peruetusta Monasteria velut in arentes agros tempestiuum circumferens imbrem verbi Dei. Nec dubitauit in Ciuitatibus quoque Lutherana præsentibus Hæreticis catholica personare tuba, haud sine audientium bono. Quacumque præterueheretur, conueniebant undique doctrinam, consolationem, & Sacramenta petituri circumcolentes orthodoxi viri, feminaeque. Accessit & opulenta Matrona, quæ quamquam in catholicam nupta erat familiam, à viroque, ac focru frequenter compellebatur, nunquam tamen ab Lutherana peste, quam cum lacte hauserat, parentesque sui ac ceteri eorum necessari

*Nobilem ma-  
tronam Catho-  
licis restituit.*

obri-

obtinebant, abduci potuerat. Hæc repetenti iam Augustam Canisio facta obuiam honesto cum comitatu in curru sedens, rogare institit Patrem, vt ad se non longo diuerticulo vicinam in arcem adiret. Quod ipsum cum ceteri de comitatu instarent, omittendam non existimauit salutaris Venator nobilis prædæ occasionem. Adfuit in Arce Deus mulieri: cognouit errores, & eiecit, edidicit veritatem, & complexa est: peccata totius vitæ (nunquam enim erat confessa) apud Canisium deposuit: denique catholica facta & gaudiū in cælo Angelis peperit: & inibi domesticos summa voluptate compleuit. Qui festum diem, vt celebritate, quæ causæ consentanea esset, agerent, fecit Canisius, vt mūdati per homologesim pectora, sumptaque candida innocentia stola puri, ac nitidi ad diuinas epulas vna omnes accūberent. Illa autem ad Christi caulas redux ouicula nihil suos quanquam præclaros verita parētes, ac necessarios qui malè dolebant ab communi errore deductam, rectum pietatis callem cum perseuerantia magnoque progressu tenuit.

¶ Ceterum in tanta rerum caligine, ac corruptela neuti- Maleficarum  
ex hæresi pro-  
uentus. quam deserebat suam causam cæleste